

TRIBUNALE DELLA ROTA ROMANA, *Reg. Siculi seu Messanen.-Liparen.-Sanctae Luciae*,– Nullità del matrimonio – Condizione futura – Esclusione dell'indissolubilità – Sentenza definitiva – 23 giugno 2004 – Huber, *Ponente*.

Matrimonio – Consenso – Condizione – Distinzione tra condizione e postulato.

Matrimonio – Consenso – Condizione – Rapporto tra condizione futura ed esclusione dell'indissolubilità.

Matrimonio – Consenso – Condizione – Esigenza del dubbio almeno iniziale.

Matrimonio – Consenso – Condizione – Condizione futura – Prova – *Criterium aestimationis e criterium reactionis*.

La condizione si deve distinguere dal prerequisite o postulato. Dall'apposizione della condizione pende la validità del matrimonio; dal postulato dipende se il matrimonio verrà celebrato o meno. Le due questioni non si pongono sulla stessa linea, perché per logica la condizione e il proposito si devono distinguere. È necessaria quindi la distinzione tra consenso condizionato e proposito condizionato. Pur essendo diversi possono essere collegati. La giurisprudenza rotale non è unanime sulla distinzione tra il proposito condizionato e il consenso condizionato. La risposta si trova nella stessa natura della condizione, che può essere presente all'atto della celebrazione del matrimonio (volontà attuale) o sussistere virtualmente, purché non sia stata revocata espressamente o mediante un atto inequivoco. Questa condizione non si deve confondere con la semplice volontà abituale o con la volontà interpretativa. Il proposito condizionato e il consenso condizionato hanno questo in comune, che in entrambi c'è un atto di volontà, il quale nell'ipotesi del proposito condizionato si presume sussistente virtualmente fino alla celebrazione del matrimonio. Certamente è possibile revocare la condizione, ma questa revoca richiede un atto positivo. Non è sufficiente un abito negativo né l'erronea opinione che la condizione si sia verificata. Nel caso in cui non ci sia stata la revoca mediante un atto contrario, il proposito condizionato di sposarsi diventa anche consenso condizionato.

Nessuno appone una condizione al consenso se non dubita circa l'esistenza di una qualità o sull'adempimento di una promessa. Chi non dubita della qualità o della circostanza prima delle nozze, si trova nell'impossibilità psicologica di apporre la condizione. All'affermazione che in seguito all'acquisto della certezza cessi la condizione, risponde la commissione speciale di Cardinali che: «la certezza acquisita successivamente in nessun modo distrugge la condizione apposta precedentemente, ma il consenso rimane subordinato alla stessa, nonostante la successiva certezza, che può sussistere contemporaneamente con la volontà virtualmente condizionata» (AAS 1918, vol. X, p. 390). Apprendiamo quindi che si richiede il dubbio soltanto iniziale, non quello finale.

È vero che l'esclusione e la condizione contro la sostanza del matrimonio richiedono un positivo atto di volontà, ma è anche vero che l'esclusione e la condizione non sono identiche. La condizione contro la sostanza del matrimonio è una specie dell'esclusione di qualche elemento o

proprietà essenziale del matrimonio. In questo contesto, va ricordato che nel nuovo Codice è stata eliminata la norma sulla condizione contro la sostanza del matrimonio, perché «hic non agitur de condicionibus veri nominis, sed de actu positivo voluntatis quo elementum essenziale matrimonii excluditur; de hoc autem actu cavetur in can. 1086, § 2» (cfr. “Communicationes” 3 [1971], p 18). Pertanto il dispositivo della sentenza non può affermare che consti la nullità del matrimonio per condizione contro la sostanza del matrimonio, ma non consti per esclusione di qualche elemento o proprietà essenziale. Invece, il tribunale può sentenziare che consta la nullità del matrimonio, ma non consta per condizione contro la sostanza del matrimonio.

Nel caso delle condizioni future, la specie della condizione, cioè, se essa sia sospensiva o risolutiva o potestativa, non ha nessuna importanza. Inoltre, in queste fattispecie è irrilevante l'adempimento della condizione. Se si prova che la condizione era stata apposta e non revocata, il matrimonio viene dichiarato nullo. Per la risoluzione dei casi concreti, la giurisprudenza rotale adopera due criteri: a) “criterium aestimationis”; b) “criterium reactionis”.

(Omissis)

SPECIES FACTI - 1. - Praecedentibus relationibus amatoriis disruptis, anno 1985 sibi occurrerunt I.C., sexdecim annorum, et M.T., duobus annis natu maior. Amore capti, iuvenes post aliquot menses fidem sibi dederunt et statuerunt matrimonium se esse contracturos.

Quemadmodum vir contendit, consuetudo, haud semel intermissa, denuo resumpta est, instantibus puella eiusque matre.

Ut contrarietatem genitorum suorum superaret, I.C. una cum M.T. fuga assensum petiit et postea partes matrimonium exornaverunt.

Quibus non obstantibus, parentes viri connubium dissuaserunt. I.C. vero decedit, ut domicilium a domo parentum M.T. separatum instauraretur. Ad hunc finem assequendum, ipse locavit diaetam. M.T., contra, intendit, ut futuri coniuges in domo parentum suorum domicilium constituerent.

Sicut vir affirmat, ipse promissionem petivit illamque obtinuit, «che la dimora coniugale sarebbe stata fissata in una sede autonoma dal domicilio dei suoceri» siquidem is «decide di concludere le nozze solo a questa condizione».

Die 10 februarii 1990 nuptiae religiosas in pago «Camaro» appellato celebratae sunt, quidem in ecclesia paroeciali (*omissis*) dicata et intra fines archidioecesis (*omissis*) sita. Coniuges iter nuptiale susceperunt et matrimonium consummaverunt.

Convictus coniugalis primum tranquille processit, sed postea deterior est factus, potissimum ex eo, quod mulier a domo parentum discedere noluit. Tandem vir tectum iugale deseruit. Separatione coniugum personali die 15 octobris 1991 instituta, coniuges die 15 februarii 1995 sententiam divortii obtinuerunt et postea ad novas nuptias convolaverunt.

2. - Vir vero, die 18 novembris 1997, per suum Advocatum Tribunali Reg. Ecclesiastico

Siculo libellum obtulit, quo matrimonium suum cum M.T. initum nullitatis accusavit, quidem ob exclusa a viro bona proles et sacramenti atque ob condicionem de futuro a viro appositam.

Die 22 decembris 1997 dubia statuta sunt hac sub formula: «Se risulti la nullità di questo matrimonio: 1) Per apposizione di condizione de futuro da parte dell'attore, a norma del can. 1102, § 1; 2) Per l'esclusione dell'indissolubilità da parte dello stesso attore, a norma del can. 1101, § 2 del CIC».

Causa per auditionem partium et septem testium rite instructa, die 26 martii 1999 sententia primi gradus prodiit edicens non constare de matrimonii nullitate.

Ab hac decisione vir actor ad Tribunal appellationis Campanum provocavit. Heic supplementum instructionis est peractum.

Servatis de iure servandis, die 20 decembris 2000 Iudices secundi gradus priorem sententiam non confirmaverunt, sed illam reformaverunt pronuntiantes constare de matrimonii nullitate.

Causa ad Rotam delata, die 18 februarii 2002 dubium statutum est hac sub formula: «An constet de nullitate matrimonii, in casu, ob condicionem de futuro a viro actore appositam et ob exclusionem boni sacramenti ex parte eiusdem viri actoris».

Instructione suppletiva per interrogationem actoris eiusque parochi expleta atque opera defensionali commutata, hodie tandem infrascriptis Auditoribus de Turno respondendum est dubio rite definito et mox relato.

IN IURE - 3. - Condicio distingui debet a praerequisito seu a postulato. Condicio «sumitur pro aliqua circumstantia alicui dispositioni adiecta, a cuius existentia dependere volumus actum seu dispositionem» (A. Reiffenstuel, Ius canonicum universum, lib. 4, tit. 5, n. 2). A condicione consensui apposita pendet valor matrimonii; a postulato pendet, utrum coniugium celebretur an non. Res non in eadem linea ponuntur, quia ratione logica condicio et propositum distinguenda sunt (cfr. coram Solieri, decisio diei 19 februarii 1924, SRRDec., vol. XVI, p. 60, n. 2). At re non agitur de huiusmodi distinctione, sed de quaestione, num condicio tantum consensui matrimoniali vel etiam proposito nubendi alligata sit. Distinctio igitur facienda est inter *consensum condicionatum* et *propositum condicionatum*. Ad rem scripta leguntur: «Sedulo tamen intuendum est, utrum conditio *proposito ineundi matrimonium*, vel *consensui ipsi praestituto in actu celebrationis*, adligata fuerit» (coram Canestri, decisio diei 18 decembris 1943, ibid., vol. XXXV, p. 977, n. 2).

4. - Adsunt sententiae, in quibus affirmatur propositum contrahendi condicionatum non eo ipso consensum condicionatum secum ferre. Haec est ratio logica: nupturiens, qui inquisitiones facit, interdum propositum contrahendi suspendit, quia ab exitu investigationum pendere facit, utrum contrahat an non. Is, si de aliqua qualitate vel promissione certitudinem acquisiverit, se determinat «ad contractum absolute ineundum, vel absolute a eo recedendum» (coram Parrillo, decisio diei 2 decembris 1927, ibid., vol. XIX, p. 478, n. 6).

Alio loco de distinctione inter propositum condicionatum et consensum condicionatum scripta leguntur: «Non is ponit consensum conditionatum, qui sibi proponit vel aliis declarat: “Non contraham cum illa persona, nisi haec sit honesta vel renutiet relationi suspectae hucusque

fotae”, sed dumtaxat, qui animum suum ita determinat: “Contraham cum illa persona, verum consensus meus matrimonialis tunc tantum volo ut efficiat matrimonium, si compars revera hac vel illa qualitate praedita sit”» (coram Wynen, decisio diei 23 novembris 1940, *ibid.* vol. XXXII, p. 836, n. 4). Concludit praedicta sententia in primo casu contrahentem absolute matrimonium inire, in altero casu contrahentem sub forma verae et formalis condicionis coniugium celebrare.

Nec deficiunt sententiae, quae opinionem contrariam defendunt, inter quas eminent illa, quae docet consensum condicionatum exprimi verbis: «Contraho tecum, si es puella honesta», quin adiungatur clausula: «volo, ut consensus efficiat matrimonium, si compars revera hac qualitate praedita sit» (cf. coram Janasik, decisio diei 2 iunii 1938, *ibid.*, vol. XXX, p. 325, n. 9).

Ex hucusque relatis satis elucet iurisprudentiam distinguere inter *propositum condicionatum* et *consensum condicionatum*, sed casus non ex auctoritate iurisprudentiae Rotali solvi licet, quae non est linearis.

5. - Solutio invenienda est in ipsa natura condicionis, quae in celebratione coniugii *actu* elici potest vel *virtute* perseverare, dummodo postea per verba vel aliquod factum concludens revocata ne fuerit. Non est confundenda cum hac condicione aut intentio habitualis aut intentio interpretativa.

Si iurisprudentia asserit: «Sane, intentio contrahendi nondum continet aliquod essenziale ipsius consensus postea eliciti ...» (coram Wynen, decisio diei 6 novembris 1943, *ibid.*, vol. XXXV, p. 792, n. 2), non totam veritatem proponit. Propositum condicionatum et consensus condicionatus id commune habent, quod posita est voluntas, quae in hypothesi propositi condicionati virtualiter perseverare praesumitur usque ad celebrationem matrimonii. Certo certius, revocatio condicionis possibilis est, sed haec revocatio requirit actum positivum. Non sufficit habitus negativus vel erronea opinio condicionem verificatam esse. Ubi revocatio non per actum contrarium efficitur, propositum nubendi condicionatum etiam consensum condicionatum secum fert.

Aliud praeterea adnotandum est, in quod mens intendatur: nemo condicionem consensui apponit, nisi ei quod dubium de qualitate vel de adimplerione promissionis adsit. Qui de aliqua re vel circumstantia ante nuptias non dubitaverit, in impossibilitate psychologica apponendi condicionem versatur. Quid sentiendum est, si postea certitudo acquiratur, cessetne condicio. Responsio datur a Commissione Speciali RR. PP. Cardinalium, quae affirmat: «Nec conditionem per se cessasse coniici ex eo licet quod mulier ex falsa viri asseveratione acquisiverit certitudinem hunc esse contubernio immunem. Nam mulier conditionem apposuit ante viri asseverationem, ideoque ante acquisitam certitudinem; subsequens autem certitudo nullo modo destruit conditionem antea appositam, sed consensus eidem subordinatus remanet, non obstante subsequenti certitudine, quae esse simul potest cum virtuali voluntate conditionata» (AAS 1918, vol. X, p. 390). Et sic edocemur dubium requiri tantum initiale, non finale.

6. - Pauca dicenda sunt de habitudine exclusionis boni sacramenti ad condicionem. Haud raro «actus voluntatis positivus» et «condicio» identica considerantur, quia actus voluntatis positivus «et ipse induit naturam conditionis» (coram Staffa, decisio diei 31 octobris 1952, RRDec., vol. XLIV, p. 571, n. 2). Sic actus voluntatis positivus contra indissolubilitatem matrimonii non agnoscitur, nisi sit condicio contra substantiam matrimonii, «exstante eius identitate substantiali cum positivo voluntatis actu» (coram Stankiewicz, decisio diei 15 decembris 1999, *ibid.*, vol. XCI, p. 792, n. 7). Verum est exclusionem et condicionem contra

matrimonii substantiam actum voluntatis positivum postulare, sed pariter verum est exclusionem et condicionem identicas non esse. Condicio contra matrimonii substantiam namque est quaedam species exclusionis alicuius elementi essentialis vel proprietatis essentialis. Hoc in contextu memorandum est novum Codicem normam de condicione contra substantiam suppressisse, quia «hic non agitur de condicionibus veri nominis, sed de actu positivo voluntatis quo elementum essenziale matrimonii excluditur; de hoc autem actu cavetur in can. 1086, § 2» (cf. *Communicationes* 3 [1971], p 18).

Pars igitur dispositiva non decernere potest constare de matrimonii nullitate ob condicionem contra substantiam matrimonii, non constare tamen ob exclusionem alicuius elementi essentialis vel proprietatis essentialis.

E contra, Tribunal sententiare potest constare de matrimonii nullitate ob exclusionem, non constare ob condicionem contra matrimonii substantiam.

Rectissime igitur Patronus partis actricis petiit, ut matrimonium nullum declararetur ob exclusionem prolis et sacramenti et ob condicionem de futuro appositam. Codex namque agit primum de exclusionem, deinde de condicione.

7. - Ad probationes quod attinet, haec in casu concreto sunt adnotanda.

Can. 1102, § 1 statuit: «Matrimonium sub condicione de futuro valide contrahi nequit». Ex legis textu duo depromuntur, quorum primum est, quod species condicionis, an sit suspensiva, vel resolutive, vel potestativa nullum momentum habet, alterum, quod adimpletio condicionis non attenditur. Si probetur condicionem adiectam et non revocatam esse, matrimonium nullum est declarandum.

Quoad casus concretos solvandos, iurisprudencia Rotalis duo criteria affert: a) criterium aestimationis; b) criterium reactionis.

a) Relate ad primum criterium dicitur: «Quod si dubium manet circa actum cui conditio est adiecta, quaestio ex circumstantiis resolvenda est ac ratio habenda gravitatis obiectivae nec non aestimationis quam de re in conditione posita contrahens fovet; si enim de re agitur quam saltem contrahens ipse magni facit, tunc praesumptio stat pro conditione adnexa ipsi matrimoniali consensui» (coram Canestri, decisio diei 22 martii 1938, RRDec., vol. XXX, p. 187, n. 2).

b) Criterium reactionis respicit modum agendi partis, postquam comperit condicionem adiectam non esse in re impletam. Reactio enim manifestat, utrum pars matrimonio vinculatam se habeat, an matrimonium hoc nullatenus voluerit.

IN FACTO - 8. - Causa haec non paucas difficultates patitur: declarationes viri in rebus substantialibus a muliere discrepant. At actis inspectis, infrascripti Patres actori maiorem fidem tribuunt ex causis cum externis tum internis.

Sacerdos, qui illum optime novit, iudicat: «Per quanto riguarda il C. ho conoscenza diretta e sufficiente per valutarlo come persona oggi serena, credibile, genuina e semplice delle sue dichiarazioni ed intenti».

Accedit credibilitas interna: actor in quattuor interrogationibus intra spatium quinque annorum redditus quoad substantiam constans et sibi cohaerens fuit. Immo, in suo novissimo vadimonio ad priores asseverationes recurrit: «Confermo quanto ho dichiarato».

Ex actis patet mulierem coram Iudice comparuisse a «suo marito civili» comitatam, qui examini uxoris iudiciali adstitit. Ipsa, quamvis certis assertis in libello prolatis contradicat, se obligatam sensit «dire onestamente che non mi oppongo a questo giudizio, rimettendomi alla giustizia del Tribunale Ecclesiastico». Illa quidem asserit tam caput condicionis quam caput exclusionis indissolubilitatis quolibet carere fundamento, sed sua vice nullum testem induxit, asserens: «Non ho intenzione alcuna di indicare nomi dei miei testimoni, ribadendo che quello che ho detto è assolutamente conforme al vero, e sono pronta a ribadirlo con il giuramento finale».

Infrascripti Patres non dubitant de mulieris sinceritate subiectiva. Eisdem vero competit officium videndi, reddantne eius declarationes realitatem rerum obiectivam.

Testes capaces habendi sunt res attente observandi illasque coram Iudice referendi. Non est contra sinceritatem deponentium quod discrepent parumper in describendis adiunctis accidentalibus, si substantia rerum enarratarum servetur.

Iudicum est principalia a secundariis discernere et factorum statuere substantiam, nempe, sepositis praeiudiciis, inquirere, quid vir actor revera in contrahendo voluerit. Memoria repetendum est effatum Romanorum in condicione primum locum voluntatem obtinere.

9. - Primum investigandum est dubium, nam contractus sub condicione de re dubia fit.

Actor in libello causae introductorio haec adducit: «Nonostante tutto, permane l'opposizione dei genitori del giovane, che non partecipano ai preparativi e che mettono in guardia il figlio circa la realizzabilità del progetto matrimoniale secondo i suoi desideri». Et sic inde ab initio processus comperimus actoris genitores matrimonio contrarios fuisse et filium de difficili vita communi monuisse.

Fusius actor in examine iudiciali exponit: «I miei familiari erano del tutto contrari perché dicevano che non approvavano il mio fidanzamento, in quanto ero sedicenne e perché non trovavano la ragazza adatta a me». Alibi loquitur ipse de «l'opposizione ferma e tenace» parentum, qui filium monuerunt «che una volta sposato ella mi avrebbe costretto ad abitare con i suoi suoceri, perché l'abitudine della famiglia L. era di stare tutti insieme».

Clarius vir in altera instantia explicat facta, quae dubia in eo excitaverunt: «Sia i miei genitori che io stesso notavamo, per la vicinanza delle nostre rispettive famiglie, che i rapporti tra il marito della prima sorella di M.T. con i suoi suoceri e con la stessa moglie D., non erano buoni rapporti proprio perché c'era coabitazione che i genitori di lei avevano voluto. Questi contrasti continui noi li conoscevamo bene. Ed era proprio questo il motivo per cui i miei genitori divennero ossessivi verso di me nel cercare di farmi evitare il matrimonio con la convenuta. Essi, infatti, avendo conosciuto bene la famiglia di lei ed in modo particolare i genitori, non credevano che fossimo riusciti con il matrimonio ad abitare lontano da loro».

Quod viri parentes celebrationi coniugii se opposuerint, ab ipsa conventa admittitur, cum recordatur «che i genitori di I.C. si sono rifiutati di collaborare e contribuire ai preparativi delle nozze in chiesa; invece i miei genitori ci hanno aiutato economicamente per le spese relative alla cerimonia religiosa e per il pranzo nuziale».

10. - Adsunt etiam testes, qui dubia in viro confirmant. Quos inter eminent viri pater, qui deponit: «I nostri dubbi sono penetrati nella mente di I.C. e sono diventati anche i suoi», et M.,

testis antenuptialis, cum reddit: «I.C., prima del matrimonio, ha avuto dei dubbi e delle perplessità sulla sua riuscita sia per il clima che si respirava nella famiglia della ragazza e sia per l'atteggiamento contrario al matrimonio da parte dei propri genitori».

11. - Vir igitur psychologicè dispositus fuit ad propositum condicionatum eliciendum, eius Patrono in libello scribente: «... il C. prima di sposare, chiede e riceve precise assicurazioni dalla fidanzata e dai suoi, che la dimora coniugale sarebbe stata fissata in una sede autonoma dal domicilio dei suoceri, e decide di concludere le nozze solo a questa condizione». Actor igitur propositum contrahendi conditioni subordinavit, ut domicilium coniugale in loco a domo parentum mulieris diverso instauraretur.

Ipsè dilucidiorè modo propositum in examine iudiciali explanat: «Avevo più volte messo in chiaro il mio proposito di abitare nella mia propria casa coniugale, escludendo qualunque possibilità di convivenza sia con i miei genitori che con i suoceri. Di questo mio proposito misi più volte al corrente la T. Solo così concepivo la mia famiglia costruenda. La convenuta si mostrava d'accordo». Et pergit: «Io avevo già affittato un'abitazione a (*omissis*). Per vincere l'opposizione della mia famiglia, concordemente abbiamo fatto la scappatella e ci siamo recati nella nostra abitazione di (*omissis*), ove siamo rimasti insieme fino alla celebrazione del matrimonio e per qualche tempo dopo le nozze».

Hisce claris et indubiis verbis vir actor sub iuramento profert se iam ante nuptias contractas domicilium elegisse, in quo ipse cum puella ante nuptias vixit inque quo post nuptias contractas habitare concupivit. Ut ipse instat, de hoc suo proposito pluries mulierem certiore fecit, quae proposito adhaesit.

12. - Conventa coram Iudice declarat: «Prima delle nozze, ma neanche dopo, non ho mai sentito parlare da parte di I.C., circa la condizione di cui egli parla nel libello introduttivo a pagina 2; mi riservo di meglio entrare sull'argomento al momento opportuno. Per quello che io mi ricordo non vi furono né dubbi né perplessità».

Hisce confessionibus mulier declarationibus viri non contradicit, sed Iudicem certiore facit se nihil de condizione a viro asserta scire. Ea recordatur viro sive dubia sive perplexitates non adfuisse.

A Tribunali appellationis citata, mulier scripto respondit, confirmans «quanto già detto di primo grado aggiungendo che: tutto quello che dice I.C. è falso». Conventa, quae asseruit, quin asserta in processu probaret, a iudicio absens fuit.

13. - Quibus actor suum propositum revelaverit, scitet ex ipsius depositione. In prima sua declaratione dixit se suum propositum revelasse «non solo ai genitori, ma anche a due miei colleghi di lavoro, N., M.; ad un teste sacramentale, L.; alla signora F., moglie di N.».

Videamus igitur, quid reddant testes citati.

Pater actoris dicit: «... mio figlio aveva posto in chiaro con la T. e con noi familiari la condizione con la quale sarebbe andato a nozze. I.C. diceva che la convenuta accettava il fatto di stare lontano dai rispettivi genitori e solo per questa assicurazione continuava il rapporto».

Accedit actoris mater, cum deponit: «Mio figlio ribadiva alla convenuta e a noi genitori che non avrebbe fatto la fine del cognato di M.T. Voleva esclusivamente abitare da solo con sua

moglie ed in casa propria. Questa condizione era conosciuta da M.T. ed era ciò che noi genitori volevamo».

Laboris collega N., qui actorem inde ab anno 1988 cognoscit, testatur praevalentiam eventus super matrimonio ineundo tam essentialem fuisse, ut haec nequiret concipi absque illa. «Egli voleva formarsi la sua famiglia – ita ait – , con propria abitazione, in cui poteva svolgere il ruolo di marito e di capo famiglia. Questa era una volontà decisa e ferma. Se I.C. avesse avuto la certezza che dopo il matrimonio sarebbe stato costretto ad abitare in casa dei suoceri, egli non avrebbe sposato la T.».

Praecedentis testis uxor coram Iudice refert: «Dopo il matrimonio sentivo dire a I.C. che egli si era sposato per stare in casa con la sua moglie, e da soli, e non voleva sentire di doversi trasferire in casa dei L., come richiedeva la moglie».

Pergit testis: «I contrasti tra i novelli sposi incominciarono subito dopo il matrimonio e su questo punto I.C. diceva a mio marito che prima del matrimonio M.T. è stata d'accordo a vivere da sola con lui a (*omissis*) e dopo il matrimonio cambiò idea e richiedeva di trasferirsi in casa dei genitori L., come stanno le altre sorelle della convenuta».

Alter collega operis, testis directus, scit: «I.C. aveva il proposito di formare la sua famiglia, di crescere insieme con sua moglie e di avere la sua propria abitazione»; diceva: «Io voglio tutto questo, anche se devo fare sacrifici». *Et adiungit testis:* «L'attore mi raccontava, durante il lavoro, che aveva messo in chiaro con M.T. che, una volta sposato, doveva stare in una casa lontana dai rispettivi genitori, perché aveva già esperienza che le due famiglie erano in disaccordo. I.C. non avrebbe mai accettato di convivere né con i suoi né con i L.». *Assertit quoque:* «Era chiaro che I.C. condizionava il suo matrimonio al fatto che dovevano stare insieme lontani dai rispettivi genitori. Come ho detto, questi discorsi ho sentiti proprio dall'attore nell'officina in cui lavoravamo».

Testis sacramentalis, quae partes inde a mense iulio augustove anno 1989 novit, memorat «che l'attore diceva che voleva stare da solo, lontano dai genitori della ragazza ed anche dai suoi». *Prosequitur:* «L'unica cosa che io so è che I.C. aveva il fermo proposito di volere abitare da solo con sua moglie e lontano dai rispettivi familiari. Ciò mi è chiaro con ogni evidenza. Nell'attore era una condizione per il suo matrimonio; amava la libertà e voleva sentirsi padrone in casa sua». *Adhuc:* «Non so chi abbia potuto conoscere i propositi prenuziali di I.C. e di M.T. Io li ho uditi da loro e nella loro casa».

Omnes testes singillatim excussi sunt, et omnes viri asserta de habendo proprio domicilio a domo mulieris parentum diverso directe confirmant. Huic proposito vir celebrationem coniugii subordinavit. Ut collega operis eiusque uxor testantur, mulier ante matrimonium viri proposito se conformavit. Qua de causa actor absque dubio ad aras accessit, ipso aiente: «Se avessi avuto un dubbio in proposito non avrei fatto la scappatella e non avrei sposato la T.».

14. - *Nullibi in tabulis processualibus probatur virum actorem propositum condicionatum per verba vel per facta concludentia revocasse ideoque constat condicionem virtute perseveravisse et in actu praestationis consensus vim exseruisse. In tabulis processualibus ea, quae conditioni suberant, ab actore «una condizione irrinunciabile» et a testibus «una volontà decisa e ferma», «un fermo proposito», «un'esigenza irrinunciabile» designantur. Haud obliviscendae sunt testificationes, quae de condizione consensui matrimoniali apposita loquuntur, ut si viri pater patefaciat:* «La validità, quindi del matrimonio era sottoposta a questa

condizione».

15. - Inter circumstantias consensum condicionatum indicantes recensenda sunt criteria tum aestimationis tum reactionis.

Vir proprium domicilium maximi aestimavit haec dicens: «Per me era imprescindibile avere la mia casa coniugale, indipendente e lontana sia dai suoceri che dalla mia famiglia. Se avessi avuto un dubbio in proposito non avrei fatto la scappatella e non avrei sposato la T.». Ut supra demonstratum est, omnes fere testes praevaletiam eventus proprium domicilium habendi super matrimonio ineundo comprobant. Necesse non est, ut testimonia ex actis excerptantur. Etiam prima sententia, quamvis negativa, admittit: «Il giovane aveva, infatti programmato di fissare la residenza coniugale in una sede autonoma rispetto all'abitazione dei suoceri ed aveva proprio a questo scopo, preso in locazione un appartamento ammobiliato». Criterium aestimationis in tabulis processualibus plenam probationem accipit.

Transeamus nunc ad examen criterii reactionis.

Iuxta a viro relata coniuges duos menses in domo parentum conventae vixerunt. «Anche in quei due mesi — ita ait — che rimanemmo presso i suoi io le ripetevo continuamente di andare ad abitare in un'altra casa, ma lei insisteva in tal rifiuto, perciò dopo due mesi presi l'iniziativa di lasciarla definitivamente sia perché aveva rifiutato di andare ad abitare altrove e sia perché non si era realizzato quanto lei mi aveva promesso che cioè anche stando presso i suoi lei avrebbe fatto in modo che noi non avremmo subito le interferenze dei suoi e saremmo riusciti ad avere una vita autonoma ed indipendente da loro...».

Conventa, etsi causam ruinae connubii in viri infidelitate invenit, tamen concedere cogitur: «Quivi siamo rimasti per qualche mese, e cioè fino a quando ci trasferimmo dai miei genitori che ci misero a disposizione una camera». Hac vivendi condicione cognita, infrascriptis Patribus credibile apparet id, quod actor repetivit, nempe «di andare ad abitare in un'altra casa».

Ex partium concordii asseveratione emergit virum actorem vitam communem dissolvisse ante filii nativitatem; dum ipse ait: «Fu concepito un bambino ma, nonostante ciò, mentre lei era al sesto mese di gravidanza, io ne ritornai nella mia casa a (*omissis*), ove rimasi per circa un mese, nella speranza che lei aderisse alla mia volontà», confirmat conventa: «Ero incinta di sei mesi di nostro figlio ... La stessa sera, non so da dove, mio marito mi telefonò dicendomi che aveva già avviato tutte le carte per la separazione e il divorzio, dinanzi al Tribunale di Messina, come poi è avvenuto».

Ipsa actor effert criterium reactionis, cum enarrat: «La convivenza durò circa un anno e mezzo. Fu interrotta da me, in quanto ho verificato la non realizzazione dei patti coniugali da parte di mia moglie».

Auditores de Turno sine haesitatione suas faciunt deductiones actoris Patroni, qui in Restrictu pro actore Tribunali appellationis exhibito concludit: «...la prova più evidente di quanto essenziale fosse per I.C. la condizione di avere una residenza coniugale autonoma e di quanto fosse fermo nella determinazione antivinculista, ove tale evento si fosse manifestato impossibile, è offerta proprio dalla circostanza che egli non esitò ad allontanarsi dalla moglie ed a troncarsi ogni rapporto, senza neppure attendere la nascita del bambino. Quando la T. era ancora al sesto mese di gravidanza».

16. - Patres non fugit virum in altera instantia in exclusione a se hypotheticæ peracta constituisse. Hæ sunt eius declarationes: «In me fu l'intenzione, ipotetica, di lasciarla dopo il matrimonio, se lei non avesse mantenuto la promessa che mi aveva fatto». Monitionibus parentum relatis, actor instat: «Ripeto che delle perplessità in me erano generate dai miei genitori che in maniera ossessiva mi facevano presente che la T. non avrebbe mantenuto tale promessa, anche perché i suoi genitori l'avrebbero convinta a convivere con loro».

Hæ viri declarationes plenam comprobationem accipiunt ab olim viri parochi, qui deponit: «L'uno e l'altra cosa portarono il C. al giorno del matrimonio religioso con una convinzione interiore personale di legittima riserva che ove la futura moglie non avesse dimostrato sufficiente distacco dalla sua famiglia, lui sarebbe ricorso al divorzio dalla medesima».

Ut in iure dictum est, inter condicionem contra substantiam matrimonii et exclusionem indissolubilitatis identitas substantialis exstat. Tamen norma novi Codicis de exclusionem indissolubilitatis latius patet quam illa Codicis abrogati, quia etiam condicionem contra substantiam matrimonii comprehendit.

Quibus positis, melius fuisset causam pertractare sub solo capite exclusionis boni sacramenti. Quidquid est, matrimonium de quo nullum est ob condicionem appositam ideoque nullum est quoque ob exclusionem indissolubilitatis.

17. - Patres omittere nolunt quasdam difficultates in prima sententia prolatas dissolvere.

Primum argumentum sic proponitur: «L'attore quindi non aveva motivo di dubitare delle intenzioni della fidanzata, né di considerare il fattore della residenza come un problema sul quale egli doveva preoccuparsi a tal punto da sottolinearlo e porlo quale condizione della validità del suo matrimonio». Responsio est facilis: condicio simul stare potest cum certitudine acquisita. Dubium enim in appositione condicionis, non in prolatione consensus requiritur. Ex actis satis constat virum condicionem ante mulieris assertionem posuisse.

Alterum argumentum adversus nullitatem matrimonii sic exprimitur: «L'attore accettò il trasferimento nell'abitazione dei genitori della convenuta quando la stessa insistette, come l'attore riferisce; era a questo punto che egli avrebbe dovuto dimostrare la sua reazione richiamandosi alla condizione precedentemente posta e affermandone il rispetto». Secundum infrascriptos Patres instauratio domicilii in domo parentum mulieris causae non nocet, quia vir tantum «temporaneamente», «momentaneamente» consensit eum in finem, ut mulier se a genitoribus separaret. Acquisita certitudine de voluntate mulieris manendi in domo paterna, vir ab uxore illico discessit.

Tertium argumentum ex procreatione filii desumitur. Argumentum non est decisivum, quia ex tabulis processualibus scaturit sobolis generationem habuisse scopum separandi mulierem a parentibus. Maritus uxorem deseruit, haud obstante mulieris graviditate.

Quartum argumentum ex silentio testium de viri recursu ad divortium hauritur. Ad obiectionem reiciendam, satis est declarationes viri genitores afferre. Dum pater asserit: «La validità, quindi, del matrimonio era sottoposta a questa condizione», habet mater: «A questa condizione, I.C. intendeva legarsi in modo perpetuo alla convenuta; I.C. ha sottoposto a questa condizione la validità del suo matrimonio». Testes affirmant virum actorem efficaciam iuridicam matrimonii ab aliqua circumstantia futura pendere fecisse. Matrimonium itaque iuxta legem est

nullum. Nullitas autem non ex invaliditate condicionis de futuro provenit, sed ex nullitate declarationis voluntatis condicionatae, id est ex actu consensus matrimonialis.

Ita duo capita accusata connectuntur: tum condicio cum exclusio boni sacramenti requirunt actum voluntatis positivum. Differentia ab aliquo canonista sic explicatur: in condicione voluntas matrimonii condicioni appositae subordinatur, dum in exclusione alicuius boni voluntas contrahendi et voluntas excludendi iuxtaponuntur.

18. - Quibus omnibus, tam in iure quam in facto rite expositis et mature perpensis, Nos infrascripti Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive pronuntiamus dubio proposito respondentes: *AFFIRMATIVE ad primum, seu constare de nullitate matrimonii ob condicionem de futuro a viro actore appositam; ad alterum: iam provisum in primo. actor vetatur alias inire nuptias, inconsulto ordinario loci.*

Ita pronuntiamus atque committimus locorum Ordinariis et Tribunalium Administris ad quos spectat, ut hanc Nostram definitivam sententiam notificent omnibus, quibus de iure, atque executioni tradant ad omnes iuris effectus.

Romae, in sede Romanae Rotae Tribunalis, die 23 iunii 2004.

Iosephus HUBER, Ponens

Franciscus LÓPEZ-ILLANA

Ioannes Baptista DEFILIPPI

(omissis)